

papam aliquando conatum, ut reordinasset saltem hostiarium nedum episcopum¹⁾. Porro si tibi visus est perperam aut secus quam debuit fecisse, non debuisti inde summam sedem a nemine judicandam lacescere nec in celum os tuum ponendo super hoc in angulis inter indoctos disputare²⁾, sed docturus aut docendus magistrum veritatis adire vel consulere, ne noteris pernicioso stultę et audacis mulieris elogio. Aquę furtivę dulciores sunt et panis³⁾ absconditus suavior, ast palam arguendo pacem faceres. Nam satius est frustra lapidem quam verbum jacere. Itaque stude non plus sapere quam oportet, et simplex predicator simplicis veritatis constitutus non milleformis vel versipellis, sed uniformis et planus populo Dei existe, ut cum apostolo possis dicere: 'Numquid levitate usus sum? aut quę cogito secundum carnem cogito, ut sit apud me: est et non? sed est in illo est'⁴⁾. Ceterum quod requisisti super divortio vel repudio, nichil aliud omnino sentias vel consentias aut doceas, quam quod apostolicam sedem consulendo te sentire scripto tuo significasti. Occidere enim uxorem gravissimi est criminis, alteram vero vivente illa ducere non minoris. Quisquis secus fecerit, anathema erit. Nec super hoc queras a nobis christianorum constitutionum et legum decreta aliqua, cum in promptu habeas evangelica et apostolica oracula et catholicorum omnium consona sensa. Sed ut ad te paululum sermo redeat, dominus noster papa tanto altius super te zelo Dei tabescit, quanto vivacius illud euangelicum attendit: 'Si sal evanuerit, in quo salietur? ad nichilum valet ultra, nisi ut mittatur foras et conculcetur ab hominibus'⁵⁾. Michi quoque testis est Deus, quo modo recolens tuę industrię doleam de infamia tua et cupiam te in visceribus Jesu Christi in seculorum secula. Amen.

Der Empfänger dieses Briefes, Eusebius Bruno, von 1047 bis 1081 Bischof von Angers, ist bekannt als einer der frühesten Anhänger und Beförderer der Berengarischen Lehre vom Abendmahl. Aber nicht allein durch diese Abweichung von der Kirchenlehre stand er zu dem apostolischen Stuhle in Opposition, auch in anderen Dingen zeigte er sich (wenigstens eine Zeit lang) keineswegs als getreuen und gehorsamen Sohn der Kirche. Bereits im Jahr 1049 hatte Leo IX. ihn wegen des Verdachtes der Simonie von seinem Amte suspendiert und dadurch sehr lebhaft und energische Gegenvorstellungen von Seiten des Betroffenen hervorgerufen. (Sudendorf, Berengarius

1) Dies widerspricht demjenigen, was Berengar de sacra coena p. 40 f. von der Stellung Leos IX. und des Cardinals Humbert zu den sog. Reordinationen berichtet. 2) Lanfranc p. 763 G. 3) paris Hs. Das Citat ist aus Prov. 9, 17. Auf dasselbe Capitel spielt Humbert auch in der Vorrede zu der Schrift adversus Simoniacos an. 4) Cf. Corinth II, 1, 17—19. 5) Matth. 5, 13.